

kypii<sup>(a)</sup>, in monasterio, quod ipsa hedificavit. regnavit ann. .I.<sup>(b)</sup> et mens. .II.

Mense iulii, .xxv. die, interfactus est Nikiforus<sup>(c)</sup> imperator in Bulgaria<sup>(d)</sup> a Trunio<sup>(e)</sup> principe vulgari, et evulsum<sup>(f)</sup> est caput<sup>(g)</sup> eius a pelle<sup>(h)</sup>: reliquum autem corpus eius<sup>(i)</sup> igni combussit<sup>(k)</sup>. 5 uxoris<sup>(l)</sup> autem eius Procopia<sup>(m)</sup>. regnavit ann. .VIII.

Mense octubris, .xx. die, defunctus est Stauracius imperator, qui effectus est monachus et sepultus<sup>(n)</sup> est in monasterium, cui vocabulum est Staurickyum. uxor eius Theophanu<sup>(o)</sup>. regnavit ann. .I. et medium.

10 Mense octubris, die .VIII.<sup>(p)</sup>, defunctus est Michael, expulsus a Leo[ne] Armenio et<sup>(q)</sup> in insula Plati effectus est<sup>(r)</sup> monachus, et sepultus est ibi. uxor eius Procopia. regnavit ann. .II.

Mense decembris, .xxv. die, a<sup>(s)</sup> Michaele<sup>(t)</sup> interfactus est Leo Armenius<sup>(u)</sup> imperator, apostata, in palatio stante, et sepultura eius<sup>(v)</sup> non est effecta, sed secundum compositionem sepultus est in insula Proti. 15 regnavit ann. .VIII.

Mense octubris, die<sup>(x)</sup> secunda, defunctus est Michael domesticus imperator, et sepultus est in templo Sanctorum Apostolorum, in sacrario<sup>(y)</sup> Magni Iustiniani, in pila alba ex lapide proconisso<sup>(z)</sup>. 20 vixit autem uxor<sup>(aa)</sup> illius Maria. regnavit dies .IX. iste Michael regnavit ann. .VIII.

Mense octubris, .xxii. die, defunctus est Theophylus<sup>(bb)</sup> imperator, et sepultus est in templo Sanctorum Apostolorum, in sacrario Magni Iustiniani, in pila<sup>(cc)</sup> proconissa, cum Theodora, uxore<sup>(dd)</sup> eius. 25 regnavit ann. .XII.

Mense septembri, .xxiiii. die<sup>(ee)</sup>, interfactus est<sup>(ff)</sup> Michael<sup>(gg)</sup> imperator apud \*\*\*<sup>(hh)</sup> iacentibus sibi militibus, in procensu Sancti martyris Mamantis, et sepultus est in monasterio Philippici<sup>(ii)</sup>,

(a) *Va* Prikypi (b) *S a. .v.* (c) *D* Nidiforus *Va* Nichoforus (d) *D Va* Bulgaria (e) *Va* *D ac runio* (f) *Va* vulsa (g) *Va* capud (h) *D appelle* (i) *Va om. a pelle - eius* (k) *D combusit* (l) *Va om. uxor* (m) *D vixit autem Preconia uxor eius* (n) *D sepultum* (o) *D Va* Theophanii (p) *D octo* (q) *S D Va om. et S corr. e agg.* (r) *S Va om. est* (s) *Va om. a* (t) *Va Michael* (u) *S Va D Armenis* (v) *Va om. eius* (x) *Va D dies* (y) *D et in sac.* (z) *D preconisso Va procomisso* (aa) *D Va om. uxor* (bb) *D Va* Teofilus (cc) *D pyla* (dd) *Va D uxor* (ee) *Va dies ff* *D om. est* (gg) *S Va D Michail* (hh) *S Va D om. \*\*\** (ii) *D Phylipici*